

dirigente bombardae ictum, per os proiecto<sup>1</sup> et per medium cerebrum transeunte globulo, subito concidit et in cespite sepultus est. Quidam alius ab irato Hispano, cui e via cedere noluit, confossus est. Sextus ni fallor per ponticulum ingrediente turba in aquis<sup>2</sup> submersus periit. Marchio a Baden<sup>3</sup> calce equi percussus crurifragium<sup>4</sup> ex<sup>5</sup> illo spectaculo abstulit. Rex ipse *Ferdinandus* in conflictu et exercitio illo equestri ter prostratus est, ut dicitur tertio non sine laesione nescio in altero latere, dissimulasse tamen fortiter dicitur, ne regina tunc spectatrix consternaretur omine etc. Ora pro publica causa, mi pater. Isti ludunt, nos interim cum damnato et ejecto Christo sumus derisio locupletum et lugemus. Sed dominus aliquando consolabitur nos. Vale in Christo, raptim *Augustae*, 3<sup>a</sup>, post Aegidii, anno etc. 30.

I. Ionas t.

Ut tuam valetudinem cures te per Christum oro.

[Am Rande:] Psalmum Beati omnes [Vulg. Ps. 127.] Deo dante absolvam (nisi cessarint turbae) et uliscar, si possum, blasphemias virulentissimas, acerbissimas, crudelissimas in nostrum coniugium.<sup>6</sup>

[Desgl:] Spero fore ut brevi te videamus. Salutare digneris *Vitum* et has additas literas transmittere meae uxori charissimae ac nunc primum charae.

Orig. in Hamb. Stadtbibl. I, 108. Gedruckt bei Kolde Analecta S. 152—154.

201. J. Ionae iudicium de conditionibus 1530. (Sept. 13?)  
pacis faciendae.

Förstem. Urkundenb. II, 423. Corp. Ref. II, 368—371. Im Auszuge bei Pressel, J. Jonas S. 68.

202. Luther an Jonas. 1530. Sept. 20.

Teilt ihm die Beschuldigung mit, die gegen die evang. Theologen in Augsburg laut wird, als wenn sie zu viel nachgegeben hätten. Er will es aber noch nicht glauben. Er ist gegen jeden Vergleich, da die Gegner an ihrem Teile nicht weichen und nur von den Evangelischen Concessionen fordern werden. Das Beste ist, sie brechen die Verhandlungen ab und kehren heim.

de Wette IV, 169—171. Varianten bei Schirrm. S. 303 und in-Zeitschr. für hist. Theol. 1872, S. 336. 337.

<sup>1</sup> So steht im Origin., nicht prorecto (K). <sup>2</sup> aquas K. <sup>3</sup> Markgraf Ernst.  
<sup>4</sup> K: crucifragium. <sup>5</sup> K: ab. <sup>6</sup> So viel mir bekannt ist, ist diese Arbeit des Jonas nie erschienen.